Fragmentarium

XIII GRAD̈ UEL DIFFERENTIAE SEX SUNT
J. deſt non uiuentia uiuentia inrationabilia mortalia
inmortalia nouiſſimus qui eſt ſup omnia dſ .
PRIMUS gradus eſt eorum quae non creſcunt uita
que motu q. carent . qualis eſt in lapidibus .
SECUNDUS eſt in his quae creſcunt uitam q. motuq.
ſine ſenſu habent . qualis eſt in herbis uel arboribus
quibus ſi non ineſſet uitam inſenſibilis motusque in eis
n& germinare utiq. nec creſcere potuiſſent .
Xti ſtaque aeuitam ſine ſenſu habent . lapidibus
preponuntur & terrę
TERTIUS GRADUS EST . In his que non ſolum
creſcunt uel uiuunt . ſed & iam ſentiunt . qualis ē in pecorib;
QUARTUS gradus eſt in his quae creſcunt uiuūt .
ſentiunt uel intellegunt . ſed tamen mortalis uitam
malia ſunt qualis eſt in hominibus
QUINTUS eſt in his quae ſentiunt & intellegunt
& inmortalia ſunt qualis eſt in angelis
SEXTUM id quod incōmutabile & infinitum . &
ſimplex eſt quo omnis hęc natura inſpiratur . guber
natur & regitur quod eſt dſ . ſed haec quidem omnia
ſicut gradibus creſcunt . ita ſibi qualitate naturae
praecellunt . nam arbor praefertur lapidi . & pecus
arbori . & homo peccori . & angelus homini . & dſ
praeponitur angelis
XIIII INT ANGELOS HOMINES ET DEMONES
hanc differentiam ueteres ſcripſerunt . quod an
geli ſunt ſpiritali ſubſtantiae creati . ante omnem

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. D 219, 2_14v – A) Passiones sanctorum; B) Isidorus: Synonyma, Differentiae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-q34j/5322/50723)